

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 3: De laude domine nostre (6)

Ambrosius de virgine Maria:

Corde virili erat, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior,  
intenta operi, verecunda sermoni.

virgo erat non solum corpore, sed etiam mente,  
quae nullo doli ambitu sincerum adulteraret adfectum:  
corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior,  
non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens,  
intenta operi, verecunda sermoni,  
arbitrum mentis non hominem, sed deum quaerere, nulli laedere os, bene velle omnibus,  
adsurgere maioribus natu, aequalibus non invidere, fugere iactantiam, rationem sequi,  
amare virtutem.

Ambrosius Mediolanensis, *De uirginibus*, 2.2.7 (O. Faller ed., pp.47-8, ll.12-17, 1).

Illa pia mater ymmani dolore evigilans, pectora delicata contundens,  
ita corpus et omnia conquassaverat membra,  
ut vix potuisset pervenire ad Christi funus.

Augustinus.

Illa quippe pia mater in via dolore ejulans et pectora delicata contundens,  
ita ipsa viscera, omniaque fatigaverat membra,  
ut jam sensu deficiens, vix potuisset venire ad Christi funus.

Iacobus de Voragine, *Sermones in die sancto Paschae*, 1 (R. Clutius ed., 1760, p.180).